

*exulem se paradisi factam — subactam  
Etam ingemuit  
nomen ex numeris  
unctus est in regnum  
sacerdotibus separata &c.*

*exul est paradisi facta — subacta  
ingemuit  
nomen a numero  
unctus est in regem  
in sacerdotibus separata &c.*

XVII. fol. 132. Incipit epistola ysidori ad hrososum. Et postea: Incipit defloratio ejusdem in nominatissimis nominibus legis et evangeliorum; ut in Edit. mox cit. p. 515. Αλογον illud Epistolae in edit. Quae quia in explicata sunt adnotata, brevis materiola dicendi coegit, ita corrigit Noster: Quae quia inexplicata sunt, adnotata breviter stilo scribenda decreui, et mox pro Erat quidem sensus, fanius habet Heret quidem sensus. Ad Opusculi calcem adtexta est brevis Institutio de Temporibus Fejuniorum ecclesiasticorum, quae et ipsa deprompta est ex Isidori ult. Capitibus L. I. de Officiis eccl. nisi, quod istud: Quarta feria ideo ieiunamus. quia ipsa die iudas tradidit dominum. ut crucifigerent eum; aliunde accessit.

Ad convestiendum praeclarum hunc Codicem, qui sui temporis Hermeneutis unus multorum instar esse potuit, adhibitae sunt membranae, quarum una initium Expositionis De modis discipline regularis in Ordine S. Benedicti, plures vero Capitularia quaedam ad Cistercienses, praecipue de Conversis, pertinentia pereleganter exarata exhibent.

## CCCV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 177  
Folior. 337. f. partim lineis longis, partim per 2. columnas exaratus, minio distinctus, et a faepe laudato M. Thoma de Haselbach legatus, ut Theca anterior praefert, Collegio Ducali Wienne sequentia continet: I. Sofronij Eusebij Jeronimi librum hebraicarum questionum. Prologus incipit: Qui in principijs librorum debebam secuturi operis argumenta proponere &c. Opus ipsum: In principio fecit deus celum et terram &c. Et finit: seruiantes altari viuant de altari. Probe conspirat Exemplum istud cum Impressis edit. Vallarsii T. III. Veronae 1735. f. col. 301. idque debetur solerti emendationi Haselbachii possessoris.

II. fol. 28. succedunt Hieronymi nomine non addito: *Explicatio decem temptacionum*, nempe Israelitici Populi in Deserto, et *Explicatio cantici Debbore et barach de libro iudicum*. Prima init: *Hec sunt verba* &c. altera: *Cecineruntque Debbora et Barach* &c. Prorsus, ut T. cit. append. col. 741. quo reposita sunt Fragmenta haec vetusti cujusdam Commentatoris, non tamen Hieronymi, ut pluribus praefixa *ibid.* Admonitio.

III. fol. 33. p. 2. *Incipiunt hebraice questiones de libris malachim id est regum questiones hebraice de libris samuel. Ita: Fuit vir unus de ramatham sophim &c. Neque hae sunt Hieronymi, sed teste Rab. Mauro Hebraei cujusdam modernis temporibus in Legis scientia florentis, ut iterum Admonitio append. cit. col. 753. docet. Finiunt editae: domum domini in Jerusalem fabricaret; sed in Codice paulo aliter procedunt, et finiunt in L. III. c. 2. v. 28.*

IV. fol. 54. p. 2. *Incipiunt hebraice questiones prioris partis libri dabre iamin in quibus si vis tenere ordinem hystorie alfabeto e regione affixo naturaliter inmittere. Sed omisit Alphabetum istud Librarius. Ceterum eodem modo inscriptas habuit Vallarsus, ut videre est append. cit. col. 789. Ineunt utrobique: Heber nati sunt duo filii, et finiunt: ut ruinas templi restauraret. Ejusdem cum praecedentibus Autoris.*

V. fol. 71. p. 2. *Incipiunt (Quaestiones) in abacuc prophetam. In prima II. Capita: Vbi cumque onus verbi domini ponitur, grauedo in prophetia illa signatur. Queritur propheta ad dominum (v. 4.) cur impij prevalent aduersus iustos &c. Jure referri posse ad Hebraeum illum Rabani Mauri mihi videntur cum e stilo, tum, quod nulla in eis novae Legis mentio. Itaque incognitae omnibus Hieronymi Editoribus, atque ἀνεκδοτοι. Desinunt: sileat a facie omnis terra cum venerit ad iudicandum.*

VI. fol. 73. *De ieiunijs disputatio ex Zacharia VIII. cap. Exponitur videlicet e v. 19. quando et quare institutum sit Ieiunium quarti, quinti, septimi et decimi mensis. Ignota pariter omnibus, et verisimiliter ad eundem Hebraeum referenda, de quo optandum, ut Rabanus nomen, et a quo latine redditus fuerit, edidisset. Incipit: Hec dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti &c. Ieiunium quarti dicitur, quod est ieiunium in quarto mense septima decima scilicet eiusdem mensis die &c. Et finit: ducti in captiuitatem ezechiel propheta et mardocheus.*

VII. fol. 73. p. 2. *Chronica succincte scripta de regno hebreorum. Una e multis a Christiano compilata, cujus initium: Quadragesimo tercio anno nini regis assyriorum abraham patriarcha natus &c. Et finis: transtulit decem tribus israel in assyrios et ciuitates medorum. Sed prius Principes Iuda ad Vespasianum et Titum deduxerat.*

VIII. fol. 74. p. 2. *In nomine sancte et indiuidue trinitatis incipit liber proemiorum de librorum noui ac ueteris testamenti plenitudine quam in canone catholica recipit ecclesia iuxta uetustam priorum (traditionem). Verba haec, quae nobis rubricam constituunt, in edit. Breuliana paucis mutatis ipsius Libri initium sunt. Est enim Opus Isidori Hispal. quod ibi legitur p. 405. Lectio nostra non ubique cum impressis conspirat. Ita enumerationi Librorum subiicit*

Codex:

**Codex:**

*Post dispositionem igitur veteris ac noui testamenti ordine librorum uel numerorum nunc cursim breuiterque in eis proemia narrationum subiiciamus.*

In fine vero V. T. manifeste cum Codice legendum est: *atque legationum pro factaque legatione*, in fine N. T. corrigenda *Breulii* interpunctio: *flumen etiam baptisimi*, *mundum lignum vitæ*, et *τὸ mundum* revocandum adiective ad *flumen*.

IX. fol. 81. p. 2. Praemissa breui Admonitione: duplices esse *Hebraeorum* Literas, alias primitus a *Moyse* traditas, alias inventas ab *Esdra*, Nomina et Formae miniatae priorum exhibentur. Et Formae quidem ad eas accedunt, quas hodie *Samaritanas* appellamus, viderique possunt apud *Rabanum Maur.* edit. Colon. 1626. T. VI. p. 333.

X. fol. 82. p. 2. Incipit praefatio beati *Jeronimi* presbiteri in libro interpretacionum hebraicorum nominum. Initium est: *Phylo* vir disertissimus iudeorum *origenis* quoque testimonio &c. Elenchus vero ipse utrumque testamentum, quin et *Barnabae* Epistolam pervadens orditur: *Non statim ubicumque ex a. littera que apud hebreos dicitur aleph* &c. Extat edit. *Vallars.* T. III. col. 1. Codexque noster cum Editoris Codicibus multum conspirat.

XI. fol. 112. p. 2. Incipit de vita uel obitu sanctorum qui in do-

**Editio:**

*Disputationes igitur Veteris ac Noui Testamenti ordine librorum uel numero cursim breuiterque parua narratione subiiciamus.*

*mino processerunt Prologus Ysidori hispalensis. Qui Deo placuerunt, legit Jac. Breulius edit. suprac. p. 531. cujus Exemplum nostro quidem perfectius non uno tamen loco ex hoc ulterius perfici posset. Ita in solo C. 1. five Adam pro Princeps generis et dilectus rectius Princeps humani generis et delicti, pro exul est paradisi facta, ac — subacta ingemuit, rectius exulem se paradisi factam, ac — subactam ingemuit, pro in sacerdotibus separata rectius sacerdotibus separata &c.*

XII. fol. 123. Incipit epistola *Ysidori ad horosum*. Et post illam: *Incipit defloracio eiusdem in nominatissimis nominibus legis et euangeliorum ad eundem*. Initium Epistolae: *Domino Sancto* &c. *Quaedam notissima nomina legis* &c. *Deflorationis: Adam figuram christi gestauit* &c. Tractatio haec in edit. mox cit. legitur p. 515. titulo: *Allegoriae quaedam Sacrae Scripturae*, et quidem utriusque Testamenti. Ad emendanda haec Impressa rursus conferre posset Codex noster. Ita in *Epistola* male: *legis, Euangeliorumque sub allegoria*. Corrige: *legis et Euangeliorum, quae sub allegoria* &c. et mox pro *egent breuiter deflorata: contraxi* &c. interpunge: *egent, bre-*

*breviter deflorata contraxi &c. Dein pro: brevis materiola dicendi coegit, et nec libelli &c. sanius Noster: breuiter stilo scribenda decreui, que (quod?) nec libelli &c. Iterum pro: Erat quidem sensus, rectius: Haeret quidem sensus, nempe cohaeret. Rurfus pro: quid in ratione &c. melius: ut quidquid in oratione &c. Demum pro: conseruari arbitrio probabilius: excusabo arbitrio; quamquam nec rē excusabo satis arridet. Mantissae loco his Allegoriis adhaeret brevis Institutio de Jejuniis Christianorum sumpta, ut videtur, ex Isidori L. I. de Eccl. Offic. a c. 36. Legitima ieiunia quatuor sunt a sanctis apostolis constituta &c. Atque*

*Suscipiat devota fides haec verba piorum  
Que nobis fidei prestant cognoscere callem  
Excludunt erroris iter sub dogmate uero.  
Ac pandunt secreta dei miracula cunctis.  
Vestra ego (Scriba?) sancte pater suscepi iussa libenter,  
Ac quantum potui per singula queque curavi (cucurri?)*

XIV. fol. 192. p. 2. Incipit *Apologeticum Iheronimi Ad pama-chium. Prologus. Non male Noster Prologum vocat Epistolam apud Vallarf. T. I. n. XLIX. col. 232. Apologetico ipsi postpositam, qui*

hactenus hic Codex praecedentis *Απολογου* est. Sequitur

XIII. fol. 135. praevio Capp. 38. Elencho Incipit liber sancti Ieronimi contra Iovinianum. Primus nempe: *Pauci admodum* (dies sunt quod sancti) *ex urbe fratres cuiusdam Ioviniani &c. Excepto hoc initio textus eum Vallarf. T. II. col. 237. comparatus sat fincerus est. Liber Secundus pariter Elenchum Capp. 31. praefert. Incipit: Secunda propositio est, eos qui fuerunt baptisati &c. et integer est, uti primus. Hic vero sequentes Verficulos, quorum Vallarsius haud meminit, praefixos habet:*

ibi n. XLVIII. col. 209. habetur. Incipit illa: *Christiani interdum pudoris est &c. et haec: Quod ad te buc usque non scripsi &c. Exemplar non indiligens. Iterum ad calcem Verficuli:*

*Hec huius libri demonstrat pagina finem  
Quem scripsi prorsus febricitante manu.  
Debilitans totum gelida pro peste cadaver  
Huius iam vite spes mihi nulla fuit.  
Nec vis ulla mihi geminis sed adepta diebus  
Flebilitas nostrum heu reuiciebat opus  
Una dies inter miseros letissima soles  
Scribendi nostro spem dedit officio.*

*Sed*

*Sed mox auxiliante Deo cum languidus algor  
 Desit in tenui carne manere mea  
 Ad priscam redii mentem viresque priores  
 Desertum cupiens ante nouare librum  
 Inserui neglecta ex parte superflua dempsi  
 Ingenio ut paruus miles habere solet  
 Sume libens uuas propria de uite nouella —*

Deest Pentameter, qui fortasse nomen antiquioris Librarii prodidisset, cuius ἀποργαφον nostrum Exemplar est.

XV. fol. 203. Incipit *Jeronimus aduersus heluidium de perpetua uirginitate Marie*. Et quidem sic: *Nuper rogatus a fratribus, ut aduersus libellum cuiusdam heluidii responderem &c.* Extat Liber T. II. *suprac. col. 205.* cui collatum praesens Exemplar probe consonat.

XVI. fol. 212. p. 2. *Jeronimus ad Celanciam, ne uxor uirum dimittat propter causam religionis vel aliam sine ipsius consensu*. Ita Rubrica. Sed *Hieronymo* abjudicant Critici, et quidam ad *S. Paulinum*, alii ad *Sulp. Severum* referunt. Ad *Vallars. T. I. col. 1089.* Init haec de Ratione pie vivendi Epistola: *Vetus scriptura celebrata sententia est &c.* Satis correctum Exemplar, in quo sub principium animum inter utrumque nutantem malo, quam, quod habent Editā, in utroque.

XVII. fol. 220. *Jeronimus de honorandis parentibus*. Locus prolixus sat gravis, cuiusdam, ut videtur, *Homiliae* pars, sed qui non est *Hieronymi*, et ab *Vallarsio* in T. XI. rejectus legitur *col. 112.* Init: *Patrum meritis subiugans*

*filios omnipotens deus &c.* Extrema sunt: *a Domino coram angelis coronari.*

XVIII. fol. 221. *Jeronimus ad Teophilum (Alexandr.) de mansionibus Israel in deserto*. Male hic binae Epistolae compinguntur in unam. Alia enim est Epistola, qua *Theophilo Liber Paschalis* latine redditus mittitur, et alia, *Tractatus* dicam potius, quo *Fabiolae* promissum de exponendis illis *XLII. Mansionibus* viventi factum eadem demum defuncta exolvit *Hieronymus*. Illa apud *Vallars. T. I. col. 603.* occurrit, et incipit: *Ex eo tempore quo beatitudinis tue &c.* Hic vero nobis ἀπεργαφος, ibi *col. 463.* legitur hoc initio: *In septuagesimo septimo psalmo &c.* Porro cum in eo nemo adpelleretur, rudiores Librarii incerti, ad quem referrent, primae proximae Epistolae subjungere; liquet tamen ex *Epistola n. LXXVII. col. 453.* eum ab *Hieronymo* ad *Oceanum* missum fuisse. Ad calcem nobis: *Explicit liber sanctissimi Hieronymi de XLII. mansionibus Israel in Deserto reuisus Anno &c. 53. per Thomam de Haselpach;* quem miror errorem mox indicatum non observasse.

XIX. fol. 233. *Jeronimus ad marcellam de hebraicis nominibus.*

Brevis illa: *Nuper cum pariter effemus &c. quae extat T. cit. col. 130. De Alleluia, Amen, et Maran atba.*

XX. fol. eod. p. 2. Liber S. *Jeronimi contra Rufinum*. Videlicet *Tertius*, cui in fine additur *Epistola* (seu *Apologia*) *Ruffini monachi ad Anastasium papam*, ut addita est etiam apud *Vallars*. T. II. col. 531. — 576. Init Opus: *Lectis literis prudentie tue &c.* et *Epistola: Audiui quosdam cum apud beatitudinem tuam &c.* Textus plerumque sincerus.

XXI. fol. 269. Incipit *prefatio Domini Eusebij Sophronii Jeronimi in libro locorum ab eusebio pamphili cesariensi episcopo prius edito quidem in greco Sed a prefato postmodum diligentius ad latinum stilum translato*. Ita: *Eusebius qui a beato pamphilo martire cognomentum sortitus est &c.* Ipse *Eusebii Praefatio* deest. Opus init: *Ararat armenia. Siquidem in montibus ararat &c.* prout legitur edit. *faepe cit. T. III. col. 126.* Post ultima verba: *victimas iuxta fontem rogel; sequitur minio: Secuntur nomina regionum atque locorum de actibus apostolorum; Libellus Bedae potius, quam Hieronymo tribuendus, ut pote in quo citetur ipse Hieronymus, et Saracenorum fit mentio, licet in multis Mss. hic loci adnexus reperiatur; referatur verò a Vallarsio in Append. T. cit. col. 721. Acheldema ager sanguinis qui hodieque &c.*

XXII. fol. 292. praevio Capp. Elencho Libri II. *Retractionum*

*S. Augustini*, ut habentur edit. *Maur. T. I. col. 1.* Initium: *Jam diu est, ut facere cogito &c.* Finis: *alios a me dictos retractare cepissem.*

XXIII. fol. 323. p. 2. Incipit *liber eiusdem de diuinatione demonum*. Ut T. VI. col. 505. Initium: *Quodam die in diebus sanctis octavarum &c.* Finis: *quantum dominus adiuuat respondebimus.*

XXIV. fol. 328. *Tractatus dogmaticus hoc ingressu: Quoniam scriptum est et apostolice discipline robustissima auctoritate firmatum &c.* Est *Augustini de Fide et Symbolo* prostant T. eod. col. 151. et definens: *corde mundato quod credunt intelligant.*

XXV. fol. 333. p. 2. Sequitur *sermo Augustini in communibus sermonibus vocatis breuiarium ad populum per circulum anni et est in ordine XXXI.* Ita inscribitur *Sermo nunc positus in append. T. V. col. 397.* cujus initium: *Queso vos fratres karissimi ut nobis reseruantibus &c.* et pars posterior e genuino *Sermone Augustini T. eod. n. CCXII. col. 938.* depromta est.

XXVI. fol. 334. p. 2. *Omelia sancti Augustini de symbolo et deitate et omnipotentia patris.* Incipit: *Ostendimus, ut vestra certe dilectio recordatur &c.* et rejecta est in *append. T. cit. col. 390.*

XXVII. fol. 335. p. 2. *Sermo Autoris mihi non comperti, qui Filium Deo Patri consubstantialem propugnat, hoc insolito ingressu: Gratia uobis et pax a deo patre et filio et spiritu sancto ad-*  
*sistat*

*sistat et habundet. benedicti domino qui uocauit uos ad suum regnum &c. Per decursum Arius nominatim accusatur, et Sabellius dicitur tam impius confusor, quam ille diuisor. In v. etiam 14. Job. I. non habitauit, sed habitabit legitur. Ultima praeclari Homiletæ sunt: a gratia baptismatis expiatis coheredes sibi in regni celestis gloria preparent &c.*

Pag. Cod. ult. adscriptum: *Presentetur (hoc Scriptum) Magistro Thome haslpach, et rapiantur ab eodem epistole Sancte hyldegardis. Rapere est currente calamo absque multo elegantiae studio aliquid transcribere. Inde Rapiarium Volumen Collectaneorum. Vides, quo modo Codices Virorum literatorum inter se communicatione multiplicati fuerint.*

## CCCVI.

Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 183. f. maj. per duas columnas eleganter exaratus, rubricisque distinctus est *Epistolare D. Hieronymi*, initio ducto ab *Epistola ad Damasum Papam*, quæ est Edit. *Vallarsf. Opp. T. I. col.*

*Mundi post maria scriptori sancta maria  
Pro spe redde uices, tua proles sit mihi merces.*

*Fol. 48. p. 2. Epistolæ in Edit. CII. ad Augustinum deest nobis ultima Particula: Misit mihi temeritate solita &c. Fol. 49. habetur Augustini Epistola ad Præsidium, quod in Hieronymi negotio est; ceterum in Edit. Maur. Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

*44. n. XVIII. et incipit: Et factum est in anno, quo mortuus est &c. finiturque, ut in Codd. mss. observante Vallarsio fieri solet: auribus tantum studeamus et lingua, reliquis, quæ in Edit. rite sequuntur, per modum separatae Epistolæ fol. nobis 8. positæ. Fol. 26. legas: Epistola sacre sententiæ theodocii. Nihil hæc asceticorum Ἀξιωμάτων Congeries ad Hieronymum. Incipit: Perfectus homo est qui se ipsum cognouerit. &c. Varia de Oratione, Anima, Mundo, Caritate fraterna, et ejusmodi e PP. Diæti post Isidorum Hispal. lecta; nam quod ait Noster: *Naui in pelago propter nimias undas barca in suo suscipit gremio. Ubi autem approximauerit portum, reddet uicem barca nauis quam accepit in pelago &c. ex ejus Orig. L. XIX. c. 1. decerpfit. Quis uero Theodocius hic fuerit, qui, quæ collegit, beatissimos flores adpellat, non inuenio. Fol. 33. p. 2. Ad Paulam et Eustochium spurius Sermo de Assumptione B. Mariæ, merito remissus a Vallarsio ad T. XI. col. 92. qui illam corollam adpensam non habuit:**

*Opp. illius est T. II. col. 168. n. LXXIV. Epistola sequens ejusdem ad Hier. quæ est Vallarsii CX. col. 723. nobis principio mulctata ibi incipit: Cur itaque conor contra tractum &c. Fol. 65. spuria ad Tyrasium, rejecta a Vallarsio*